

Anno dom. mill. cent. septuages. tercio Iuit ostis de Venecia super Ancona¹⁾).

Anno dom. mill. cent. septuages. septimo mense marcii tempore Sebastiani ducis domnus papa Alexander Cardinales . archiepiscopi . episcopi abbates et priores octauo die exeunte mense marcii intrauit Veneciam. Et in annuntiacione sancte Marie uirginis susceptus fuit cum magna gloria²⁾. Et eodem anno Fidericus imperator . duces comites et principes . et magna multitudine (sic!) et omnium nacionum uenerunt in Veneciam . nono die exeunte mense iulii . et in festiuitate sancti Iacobi apostoli³⁾ honorifice susceptus fuit in osculo pacis a domino papa Alexandro ante ianuas ecclesie beati Marci et permansit in palacio domini ducis usque ad tercium decimum diem exeunte mense septembris et supradictus dominus papa Alexander exiuit de Venecia . septimo decimo Kalendis nouebris⁴⁾ (sic!).

Anno dom. mill. cent. octuages. septimo mense Iulii iuit exercitus Venecie ad Iaderam et reuersus est eode (sic!) anno mense septembris⁵⁾).

Anno dom. mill. cent. octuages. octauo Quidam Turcus nomine Salandinus cepit sanctum sepulcrum et Acaron et multas alias ciuitates⁶⁾. Vnde Fridericus imperato (sic!) Romanorum exiuit contra eum cum plus quam centum milia hominum . et fuerunt ex ipsis nobiles milites quadraginta milia et obiit imperator cum suo exercitu. Et Venetici cum magno nauigio et milites et magna multitudo populorum iuit in adiutorium sancti sepulcri⁷⁾).

Anno dom. mill. cent. nonages. quinto mense augustus exierunt Venetici cum galeis et nauibus contra Pisanos et statim quod applicuerunt Polam inuenerunt homines eiusdem ciuitatis rebelles contra se et sic prendiderunt eadem civitate (sic!) et dirruerunt muros usque ad terram et omnes res et mobilia secum detulerunt. Et eodem anno apprehenderunt tres naues Pisanorum cum omni illorum habere . et adduxerunt eos in Venecia in captione⁸⁾).

1) Cf. Dand. col. 299 B und Chron. Marci (l. c.) p. 260. 2) Also 24. und 25. März? cf. Dand. col. 301 C (23. und 24. März). Chr. Altin. l. c. p. 174. Romuald. Sal. Mon. G. SS. XIX, p. 443. 3) 23. und 25. Juli? Hingegen cf. Dand. col. 303 D und Chron. Alt. l. c. pag. 175 und Rom. Sal. l. c. pag. 452 (23. und 24. Juli). 4) Ebenso Dand. col. 307 B 18. Sept. und 16. Okt.; das Chron. Alt. hat hier kein bestimmtes Datum (pag. 176) cf. Rom. Sal. l. c. 5) Dand. col. 311 C ohne Datum. 6) Ebenso Chron. Marci, cf. Dand. col. 312 B. C. 7) Dand. col. 313 B. 8) Cf. Dand. col. 317 C, der das obige Datum nicht hat, dafür aber die Namen der venezianischen Befehlshaber. Canale l. c. tom. VIII, pag. 338 versetzt die Expedition in das Jahr 1197 und übergeht die Züchtigung Pola's.